



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica Quinquages.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

mis terram oportet. II. Tum seminandum peritum *Agricultor*. III. Denique bonum *Semen*: pari modo Terræ filium, *Agricultor* Præceptorem, Seminibus institutiones, & præcepta assimilabis. *Plutarchus de tract. de liberis educand.*

Concionis fructus.

THESIS IX. *Corde bono & optimo audientes.* Luc. 8. v. 15. I. Per Prædicationem Verbi Dei nata est Ecclesia. II. Per Prædicationem Verbi Dei debet nutriri Ecclesia. III. Per Prædicationem Verbi Dei foecunda redditur Ecclesia. *Dict. apost.*



DOMINICA QUINQUAGES.

Cæcus.

THESIS I. *Domine, ut videam.* Luc. 18. v. 41. Duo Cæcitatibus Spiritualis genera mundus nobis exhibet. I. Primum illorum, qui *nihil* vident. II. Secundum illorum, qui *nihil* vident. Sen: Primum illorum, qui *vident, quæ non sunt*, & quæ non oportet videre: v. g. vident in bonis *tem:*

temporalibus felicitatem, quæ non est; in peccato aliquam innocentiam, quæ non est; in Deo aliquam misericordiam, quæ non est. Secundum illorum, qui non vident, quæ sunt. Priores malè, hi nihil vident, cujus cœcilitatis causa est fumus superbiæ, item pulvis terrestrium bonorum; de quibus Isaias: Educ foras populum cœcum, & oculos habentem, & Apocalypsis: occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo. Item Baruch: oculi eorum pleni sunt pulvere, & sic in tenebris, quasi in luce ambulant. Job. 24. verè cœci, qui cœlestia non videntes, & tenebris ignorantia circumfusi, terrena & fragilia venerantur, ait Lactant. Firm. l. 4. de vera Sapientia c. 26. Atque ita, ut cum Tertulliano loquar, Cœcilitatis duæ species facile concurrunt, ut qui non vident, quæ sunt, videre videantur, quæ non sunt. Bretteville de Dom. Adv.

THESIS. II. Domine, ut videam, Bacchanalia.
 Luc. 18. v. 41. I. Factæ sunt tenebræ horribiles in Univerſa terra Ægypti tribus diebus Exodi. 10. II. Ubi-
 que autem habitabant filii Iſraël, lux erat. ibid. Tenebræ ſcilicet Memoria, Intellectus,

tellectus, & Voluntatis. Dein, boni in templo coram Sanctissima Eucharistia habitantes, id est, non tantum semel atque iterum praesentes, sed saepe invisentes, & ibi se se derinentes hisce diebus, in quibus potestas tenebrarum est, clara luce gaudent.

Cæcus.

THESIS III. *Cæcus quidam sedebat secus viam.* Luc. 18. v. 35. Sedebat fortè, quia nemo illum ducebat. Cæci enim triplici modo incedere valent. I. Cum Scipione in manu. II. Ducti à cane. III. Porrectâ eis manu vel ab infante, vel alio homine. Primi sunt Regentes, qui sceptrum in manu habentes merita illorum, quos promovent ad dignitates, & officia, nec intuentur, nec explorant: illi, qui à cane ducuntur, animali lascivo, sunt Sensuales homines, cupiditate & carnalibus desideriis excœcati: Postremi, qui ab Infante, saepe proprio, ducuntur, sunt Parentes liberorum nimio amore capti. *Mench. Centur. 11. c. 93.*

Voluntas.

THESIS IV. *Ut videam.* Luc. 18. v. 41. Omni modo vult visum à Christo habere; scilicet; qui propria

voluntati insistit, nulla quiete fruitor,
sed infernum paritur. *Paciuchelli in
Jonam. Lect. 5. §. 9. fol. 114.*

THESIS V. *Ut videam.* Luc. 18. *Cæcitas.*
v. 41. Oculis apertis esse cæcum est
maxima cæcitas, talis fuit in Adam &
Eva. Aperti sunt oculi, ad quod ante
non patebant, inquit *S. Augustinus apud
Vivien serm. de Lacrymis S. Petri. item
part. 1. fol. 194.*

THESIS VI. *Domine, ut videam.* *Cæcitas.*
Luc. 18. v. 41. Tenebræ metuendæ
sunt morum, non oculorum: & si o-
culorum, non externorum, sed inter-
norum, unde discernitur non album
& nigrum, sed justum & injustum. *S.
Aug. tract. 25. in Joan.* Hinc duplex
datur cæcitas spiritualis. I. Eorum,
qui malè vident. II. Eorum, qui nihil
vident. illi vident, quod non est, item
quod non deberent videre: isti non vi-
dent, quod est, item, quod deberent
videre. Quæ omnia in bonis terre-
nis, in peccato, respectu Dei, &c. &c.
juxta diversum intuitum parent. verè
cæci sunt, qui cœlestia non videntes,
& tenebris ignorantiae circumfusi ter-
rena & fragilia venerantur, inquit
Lactant.

Lactant. Firm. l. 4. de vera Sapient. c. 26. Cœcitat̄is duæ species facillè concurrunt; ut qui non vident, quæ sunt, videre videantur, quæ non sunt, inquit pariter Tertullianus. Breteville. Dom. 3. Advent.

Bacchanalia.

THESIS VII. Cùm audiret turbam prætercurrentem, interrogabat, quid hoc esset? Luc. 18. v. 36. Aliis diebus pederentim, hisce diebus præcipitanter homines tendunt ad Infernum. Causæ autem ruinæ sunt tres: I. Oriūm. II. Occasio III. Exemplum malum.

Perspicienda.

THESIS VIII. Domine ut videam. Luc. 18. v. 41. Homo quinque debet contemplari: I. Peccata, quæ commisit, ut doleat. II. Supplicia, quæ meruit, ut timeat. III. Beneficia, quæ Deus contulit, ut gratias agat. IV. Mandata, quæ præcepit, ut impleat. V. Præmia, quæ præmisit, ut comprehendat. S. Thom. in c. 22. Isai.

Voluntas.

THESIS IX. Quid tibi vis, faciamus. Luc. 18. v. 41. I. Velle, quod deletur, est sensuale. II. Velle, quod gloriam parit, est læculare. III. Velle,

le, quod decet, est humanum. IV. Velle, quod Deo placet, est Sanctum, & Divinum.

THESIS X. *Secus viam.* Luc. *Bacchanalia.*
18. v. 35. Iniquitas autem eorum *lia.*
mea doctrina est, verba sunt S. Ignatii Mart. de decem Leopardis loquentis. Sic iniquitas Peccatorum hoc tempore nostra doctrina est: I. Ne peccemus, sicut ipsi. II. Ut tantò magis Deo serviamus. III. Ut pro illis oremus.

THESIS XI. *Cæcus quidam.* *Peccator cæcus.*
Luc. 18. v. 35. Cæcitas Peccatoris est terribilis runc, quando illam *meretur.* II. Cæcitas Peccatoris est terribilis, quando illam *ignorat.* III. Cæcitas Peccatoris est terribilis, quando illam *amat.* *Diction. Apost.*

THESIS XII. *Secus viam.* Luc. 8. v. 35. I. Insensibilitas erga gratias JESU Christi ostendit nos esse *Cæcos.* II. Erga commoda proximi *Stupidos.* III. Erga nostram salutem *Insensatos.* *Ibid.*

THESIS XIII. *Cæcus quidam.* Luc. *Cæcitas duplex.*
18. v. 35. Duplex cæcitas est, *Spiritualis una, Corporea alia; illa hodie*
Apo

Apostolorum : ipsi autem nihil horum intellexerunt : ecce cœcitas mentis ! ista hujus hominis secus viam : Cœcus quidam sedebat secus viam. Ecce cœcitas corporis ! Discrimen est : I. Quod homo iste corporaliter cœcus sensit suam cœcitatē ; Domine ut videam, agrè tulit eam ; JESU Fili David miserere mei ; eā se expedit ; & confestim vidit. II. Non ita mente cœci, qui non sentiunt suam cœcitatē ; neque ea ipsis displicet ; neque ea liberari petunt. Durant. Doct. Theolog. in Character. Sanctior, part. 2. hic.

Voluntas.

THESIS XIV. *Quid tibi vis, faciam.* Luc 18. v. 45. I. Aliqui volunt, ut DEUS faciat voluntatem eorum. II. Alii volunt facere voluntatem Dei. Ex illis fuit hic cœcus ; ex istis ille alius, qui dixit : Domine si vis, potes, &c.



DO.